plementum S P B, vel complementum S P Z, 16 Gr. 24′, 27″: & quæratur intermedia pars P.B, vel complementum P Z, quæ est eleuatio poli. Addatur ergo differentialis 70. Gr., viz. — 10106827 ad differentialem 16 gr. 24′. 27″. videlicet ad 12226180. & prouenient 2119353. Logarithmus 54. graduum pro eleuatione poli quæsita.

ADMONITIO.

PRæter eleuationem poli hoc modo inuentam, habetur etiam secundò eâdem praxi plaga solis ex eleuatione poli, & angulo positionis solis. Item tertiò angulus positionis solis ex plaga solis, & eiusdem declinatione datis. Quartò declinatio solis ex angulo positionis solis, & differentia ascensionali. Quintò differentia ascensionalis ex declinatione solis, & eleuatione poli.

Secundum exemplum.

DEtur plaga solis orientis B S, seu P.Z. S, 70. graduum: & eleuatio poli 54 graduum, quæ est P.B, aut complementum P.Z. Quæratur autem differentia ascensionalis, scilicet complementum S.P.B, vel complementum S.P.Z. Et, quia hîc similiter extremæ partes circumponuntur intermediæ, ergo aufer differentialem plagæ solis seu 70. graduum, qui est — 10106827. ex logarithmo eleuationis poli 54. graduum, scilicet ex 2119353: & prouenient inde 12226180. differentialis graduum 16. 24′ 27″ ferè, arcus differentiæ ascensionalis quæsitæ.

ADMONITIO.

AD huius exempli imitationem habetur secundò declinatio solis ex differentia ascensionali, & eleuatione poli datis. Item tertiò angulus positionis solis ex declinatione solis, & differentia ascensionali. Quartò plaga solis ex angulo positionis solis, & declinatione eiusdem. Quintò eleuatio poli habetur ex plaga solis, & angulo positionis solis. Item contrà habetur. Sextò differentia ascensionalis ex declinatione solis,

solis, & angulo positionis solis datis. Septimò declinatio solis ex angulo positionis solis, & plaga eius. Octauò angulus positionis solis habetur ex plaga solis & eleuatione poli datis. Nonò plaga solis ex eleuatione poli, & differentia ascensionali. Decimò tandem eleuatio poli habetur ex differentia ascensionali, & declinatione solis datis.

Tertium exemplum.

IN posteriore exemplo eiusdem septimæ tres quæstionis partes circulares proponuntur hæ; declinatio solis, eleuatio poli, & angulus positionis solis. Eæ sunt in rectangulo B. P. S. complementum P S.B P. & complementum B S P, & in non rectangulo quadrantali P.Z.S, eæ sunt, complementum P. S. complementum Z.P. & Z.S. P. Quarum trium dentur extremæ oppositæ, scilicet declinatio solis, quæ est complementum P.S. 11. grad. 35′. 51″, & angulus positionis solis, qui est complementum B.S.P, seu Z.S.P. 34 grad. 1′. 21″ ferè. Et quæratur intermedia pars B. P, seu complementum Z P, quæ est eleuatio poli. Addatur ergo antilogarithmus 11. grad. 35′. 51″, qui est 206271 ad antilogarithmum 34. grad. 1′. 21″, qui est 1913082 prouenient 2119353. Logarithmus 54. graduum pro eleuatione poli quæsita.

ADMONITIO.

PRæter eleuationem poli hoc jam modo inuentam, poteris secundò per eandem praxim habere plagam solis ex eiusdem declinatione, & differentia ascensionali datis. Tertiò angulum positionis solis ex differentia ascensionali & eleuatione poli. Quarto declinationem solis ex eleuatione poli, & plaga solis. Et quintò inuenies differentiam ascensionalem ex plaga solis & angulo positionis solis datis.

Quartum exemplum.

DEtur declinatio solis complementum S.P. 11. graduum 35′. 51″, & eleuatio poli B.P. seu complementum P.Z graduum 54. Quæratur autem angulus positionis solis comple-